



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum sit solum circa magnos honores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

fer uerè magnanimus, utpote non tendens in uerè & simpliciter magna bonâ: & nisi appetitum, delectationemq; magni honoris glorie que humane moderaretur, non esset circa honores ut pro primam materiam. Ex quibus patet, quid ad quætionem dicendum sit, q. simpliciter, & absolute loquendo, operari magna spectat

ria. Et quia habitus uirtutis principaliter ex actu determinatur, ex hoc principaliter dicitur aliquis magnanimus, quia habet animû ad aliquem magnum actum. Aliquis autem actus potest dici dupliciter magnus, uno modo secundum proportionem: alio modo absolute. Magnus quidem potest dici actus secundum proportionem etiam, qui consistit in usu alicuius rei parue: uel mediocris, puta, si aliquis illa re optime utatur: sed simpliciter, & absolute magnus actus est, qui consistit in optimo usu rei maxime. Res autem, quæ in usum hominis ueniunt, sunt res exteriores, inter quas simpliciter maxima est honor, tum quia propinquissimum est uirtuti, utpote, testificatio quædam existens de uirtute alicuius, ut supra habitum est: tum etiã quia Deo, & optimis exhibetur: tum etiam quia homines propter honorem consequendum, & uituperium uitandum, alia omnia postponunt. Sic autem dicitur aliquis magnanimus ex his, quæ sunt magna absolute, & simpliciter; sicut dicitur aliquis fortis ex his, quæ sunt difficilia simpliciter. Et ideo consequens est, quod magnanimitas consistat circa honores.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod bonum, uel malum, absolute quidem considerata, pertinent ad concupiscibilem: sed in quantum additur ratio ardui, sic pertinent ad irascibilem. Et hoc modo honorem respicit magnanimitas, in quantum scilicet honor habet rationem magni, uel ardui.

AD SECUNDUM dicendum, quod honor, etsi non sit passio, uel operatio, est tamen alicuius passionis obiectum, scilicet spei, quæ tendit in bonum arduum. Et ideo magnanimitas est quidam immediate circa passionem spei,

nimis intendit magna operari in qualibet uirtute, in quantum scilicet, tendit ad ea, quæ sunt digna magno honore. Et rursum, quia honor est cuiusque uirtutis præmium: ideo ex consequenti ratione suæ materię respicit omnes uirtutes, hæc ille. Sunt enim hæc intelligenda ex ea parte, qua magnanimitas distinguitur: ab aliis uirtutibus, scilicet ex parte specialis materię: cû quo tamen stat, quod ut distinguitur ab eis ex parte formalis obiecti, aliter se habeat: utroque namq; modo ab aliis uirtutibus magnanimitas distinguitur, ut infra latius patebit.

mediatè autem circa honorem, sicut circa obiectum spei: sicut & de fortitudine supra dictum est, quod est circa pericula mortis, in quantum sunt obiectum timoris, & audaciæ.

AD TERTIUM dicendum, quod illi, qui contemnunt honores hoc modo, quod pro eis adipsicendis nil inuoluentis faciunt, nec eos nimis appetant, laudabiles sunt. Si quis autem hoc modo contemneret honores, quod non curaret facere ea, quæ sunt digna honore, hoc uituperabile esset. Et hoc modo magnanimitas est circa honores, ut uidelicet studeat facere ea, quæ sunt honore digna: non tamen sic, ut pro magno æstimet humanum honorem.

ARTICVLVS II.

Utrum magnanimitas de suuatione habeat, quod sit circa magnum honorem.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod magnanimitas de sui ratione non habeat, quod sit circa magnum honorem. Propria enim materia magnanimitatis est honor, ut dictum est: sed magnum, & paruum accidit honori, ergo de ratione magnanimitatis non est, quod sit circa magnum honorem.

¶ 2 Præterea. Sicut magnanimitas est circa honores, ita mansuetudo est circa iras: sed non est de ratione mansuetudinis, quod sit circa iras magnas, uel paruas. ergo etiam non est de ratione magnanimitatis, quod sit circa magnos honores.

¶ 3 Præterea. Paruus honor minus distat à magno honore, q̄ honoratio: sed magnanimitas bene se habet circa ex honorationes: ergo etiam, & circa paruos

magnû est fugibile, immo plus: & similiter potest argui de ira respectu paruæ passionis fugibilis, & uindictæ amabilis. Secundo omnes passionis in hoc conueniunt, quod possint in appetitu resistunt rationi: & non possint non resistunt: & utriusque horum est, siue obiecta sint, siue nō sint. Omnia quoque obiecta passionum in hoc conueniunt, quod non resistunt rationi, nisi apprehensa causent passionem in appetitu: & similiter: quod resistunt, si apprehensa causant passionem in appetitu, ergo si aliqua passiones resistunt ut passionis, & omnes: & si aliqua ex parte obiectorum, & omnes. Tertio. Timor, in quantum timor, non plus resistit rationi, quam cupiditas, in quantum cupiditas: & tristitia ex paruipensione, in quantum tristitia, non plus resistit rationi, quam tristitia difficultatis rerum difficultium gerendarum, ergo. Quartum. Nulla obiecta resistunt rationi, nisi ratione passionum ab eis causata.

q. 129. art. 2. & 4.

¶ Super Quæstione ceteris magnanimis Aristotelium secundum.

¶ Nart. 2. q. 129. dubium occurrit ex Martino in eodem lib. de fortitudine, tractatu de Magnanimitate, quæstio. 1. ubi recitata differentia posita hic in litera inter passionis in hoc, quod quædam sunt, quæ habent magnam uim resistendi rationi principaliter ex parte passionis: & quædam principaliter ex parte rerum, quæ sunt obiecta passionum &c. subdit, q̄ ista opin. S. Tho. uidetur mihi deficere in aliquibus. Primo, in ipsa distinctione: q̄ si hoc ualeat, constat q̄ unum membrum intelligitur cum præcisione alterius, quia si unum includeretur in alio, nulla esset differentia inter membra. Tunc arguo sic. Quantumcumque repugnantiam rationi nata est facere cupiditas pecunie ex parte obiecti, tantam natus est facere timor ex parte obiecti. Periculo rum mortis in bello, igitur distinctio Thomæ nulla. Antecedens probatur, quia quantumcumq; pecunia siue parua, siue magna est amabilis, tantum terribile siue paruum, siue

Sup. q. 60. art. 1. cor. Et infra præterea. q. 4. ad 1. & q. 130. ar. 2. ad 1. Et 3. dist. 9. q. 1. ar. 2. cor. & q. 3. ad 3. Et di. 34. q. 4. ar. 2. co. ¶ Ar. præ.

causatarum: & omnia, quae causant huiusmodi passionem, resistunt rationi, ergo distinctio nulla.

Secundo deficit opinio S. Tho. in hoc dicto. scilicet circa passiones primi generis non est aliqua virtus: nisi circa illud, quod est magnum. Probatur, quia circa parvas concupiscentias, circa parvas iras, & paruos timores, potest aliquis de

I. s. e. g. ante med. tom. 5.

Lib. 7. c. 17. & 18. tom. 2.

I. s. cap. 3. in fi. tom. 5.

Cap. 4. par. 4. iniquitulum a principio.

ficere, superabundare, & mediocriter se habere. ergo circa haec omnia est aliqua virtus: & per consequens circa parvas concupiscentias est ita bene temperantia, sicut circa magnas, & similiter manuetudo circa parvas iras &c. Et circa hoc multiplicat Martinus multas rationes, quas pertranseo: quia non procedunt contra sensum literarum verum, sed contra male acceptum ab ipso sensum, ut patebit respondendo.

In eodem 2. articulo dubium occurrit circa illud. Res exteriores existentes, etiam si sint parvae, sunt multum appetibiles, ut pote, necessarie ad vitam hominis. Videtur. n. cum hoc ad litteram dicatur de pecunia & honore, dupliciter desicere, Primo in hoc, quod non solum parua pecunia, aut honor, sed parvus cibus, aut potus est multum appetibilis propter eadem rationem, quia necessarius est ad vitam hominis. Secundo in hoc, quod honorem ponit inter necessaria ad vitam hominis, cum non sit necessarius, ut patet.

In eodem 2. articulo in responsione ad tertium, dubium occurrit, Quo magnanimitas fit etiam circa paruos honores, ut in littera dicitur, & cum hoc distinguatur ab alia virtute, quae est circa paruos honores, & similiter ab aliis virtutibus, puta, temperantia, fortitudine, & manuetudine in hoc, quod illa sunt circa magna principaliter, & parua secundo: magnanimitas autem circa magna solum.

Ad evidentiam primi dubij sciendum est, quod doctrina auctoris est formalis, & formaliter intelligenda. Non distinguit ergo passiones contra obiecta, aut contra: sed in utroque membro accipit passiones cum suis obiectis, & obiecta cum suis passionibus. Neque distinguit passiones contra passiones, puta, amorem, desiderium, delectationem &c. contra timorem, audaciam &c. quoniam una & eadem passio, cum diuerso tamen obiecto, sub utroque membro continetur, ut patet de amore, desiderio, & delectatione carnali, & de eisdem passionibus respectu pecuniae. Sed distinguit passiones cum quibusdam aliis suis obiectis in hoc, quod quaedam vim magnam resistendi rationi habent principaliter ex parte passionis: quaedam principaliter ex parte obiecti. Vbi nota tria. Pri-

mo, quod auctor non dicit, quodammodo ex parte obiecti: sed dicit, quodammodo ex parte rationis, quod differentia consistit in eo, quod ut patet ex procedentibus, sensum habent rationem passionis etiam

tes, eo quod appetitus sensitivus, in quo sunt passiones, naturaliter subditur rationi: & ideo virtutes, quae sunt circa huiusmodi passiones, non ponuntur, nisi circa id, quod est magnum in illis passionibus. Sicut fortitudo est circa magnos timores, & audacias: temperantia autem circa maximam delectationem concupiscentias: & similiter manuetudo est circa maximas iras. Passiones autem quaedam habent magnam vim repugnantiam rationi ex ipsi rebus exterioribus, quae sunt passiones obiecta, sicut amor, vel cupiditas pecuniae, siue honoris. Et in his oportet esse virtutem non solum circa id, quod est magnum in eis, sed etiam circa mediocria, vel minora: quia reterius existentes, etiam si sint parvae, sunt multum appetibiles, ut pote, necessariae ad vitam hominis. Et ideo circa appetitum pecuniarum sunt duae virtutes, una quidem circa mediocres, vel moderatas, scilicet liberalitas: alia autem circa pecunias magnas, scilicet magnificentia. Similiter etiam & circa honores sunt duae virtutes, una quidem circa mediocres honores, quae in nomine est: nominatur tamen ex his extremis, quae sunt philomachia, id est, amor honoris: & apolonia, id est, sine amore honoris. Laudatur enim quandoque qui amat honorem, quandoque tamen qui non curat de honore, prout scilicet, utrumque moderate fieri potest: circa magnos tamen honores est magnanimitas. Et ideo dicendum est, quod propria materia magnanimitatis, est magnus honor, & ad ea tantum magnanimitas, quae sunt magna honore digna.

Ad primum ergo dicendum, quod magni, & paruum per se similitur accidit in passione irae, & timoris. In appetitu vero pecuniae, aut honoris, non videtur: quia non videtur muratur corpus, ut experientia testatur: sed impugnatio magnanimitatis potest solutio argumentorum Martinus. Respondetur ad hoc, quod distinctio ista habet pro altero obiectum: & propterea non quae intelligatur. Argumenta deinde sunt obiectorum inter se, puta, amor, & desiderium, & delectationem, & timorem, & audaciam, & manuetudinem, & similiter secundum alios passiones, & obiectum inter se, & obiectum autem comparans diuersa sunt species, puta, cupiditatem, & timorem.

tionis est: & similiter quantum convenientiam afferens obiecto- rum. Omnia siquidem haec a comparatione literarum longe sunt: quoniam ut patet ex dictis, in litera comparantur passiones integras, hoc est, cum talibus obiectis, passionibus integris, hoc est, cum talibus obiectis in hoc, quod est resisteri principaliter ex parte pas-

ciens se habent ad honorem secundum se consideratum: sed magnam differentiam faciunt, secundum quod comparatur ad rationem, cuius modum in usu honoris obseruari oportet, qui multo difficilius obseruatur in magnis honoribus, quam in paruis.

Ad secundum dicendum, quod in ira, & in alijs materijs, non habet difficultatem notabilem, nisi illud, quod est maximum, circa quod solum oportet esse uirtute. Alia autem est ratio de diuitijs, & honoribus, quae sunt res extra animam existentes.

Ad tertium dicendum, quod illi, qui bene magnis utitur, multo magis potest bene uti paruis. Magnanimus ergo intendit magnos honores, sicut quibus, est dignus, uel etiam sicut minoribus his, quibus est dignus, quia scilicet uirtus non potest sufficere honorari ab homine, cui debetur honor a Deo. Et ideo non extollitur ex magnis honoribus, quia non reputat eos supra se, sed magis eos contemnit: & multo magis moderatur, aut paruos. Et similiter etiam de honorationibus non frangitur, sed eas contemnit, utpote, quas reputat sibi indigne afferri.

ARTICVLVS III.

Uirtus magnanimitas sit uirtus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod magnanimitas non sit uirtus. Omnis enim uirtus moralis in medio consistit: sed magnanimitas non consistit in medio, sed in maximo, quia maximis dignificat seipsum, ut dicitur in 4. Eth. * ergo magnanimitas non est uirtus.

¶ 2. Præter. Qui unam uirtutem habet, habet omnes, ut supra * habitus enim est: sed aliquis potest habere

bitus: sed non sunt connexæ secundum actus, ut hic dicitur, propter quamcunque dispositionem propinquam ad actum, ergo nec dicuntur connexæ secundum habitus propter quamcunque dispositionem ad habitum.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod responso literæ optime sibi, & ueritati consonat, & quod illa propositio est falsa, Propinqua dispositio ad habitum non est, nisi mediante actu generatio illius habitus. Habentur siquidem habitus secundariorum uirtutum, puta, magnificentiae, magnanimitatis, & huiusmodi, in propinqua dispositione ex hoc ipso, quod habentur uirtutes principales, quæ Cardinales uocantur. Illa quoque propositio adiuncta, Prius est dispositio ad actum, quam ad habitum uirtutis, distinguenda est: quia de actu uirtutis contingit loqui dupliciter. Primo, ut est actus uirtutis, ut sit a uirtuoso: & sic falsa est: quoniam prius oportet habere uirtutem, quam actum uirtutis, eo modo, quo a uirtuosis actus exercetur

Alimenta. Alio modo possunt appeti, ut possidendi: & sic comprehenduntur sub pecunia nomine, & cadunt sub hoc membro, & habent parua pecunia rationem.

¶ Ad secundum uero dicitur, quod licet honor non sit necessarius ad uitam corporalem hominis, est tamen necessarius ad uitam politicam: adeo ut etiam famuli italicorum, & coquorum suos uelint honores. Homo autem est naturaliter animal politicum. ¶ Ad dubium ultimo motum in responsione ad tertium, respondetur, quod de magnanimitate uere negatur, quod est circa paruos honores, ut propriam materiam: quia est circa magnos honores solum ut propriam materiam. Cui quo tamen ita, quod eminenter est quodammodo circa paruos honores, & priuationem honoris, f. despiciendo illos, & priuationem eorundem. Virtus autem innominata, quæ est circa medicres honores, est circa illos, ut propriam materiam: & priuationem illorum respicit ex illa parte, qua respicit contrarium sibi uicium per defectum. Priuatio enim alibi ex parte nigri se tenet.

¶ 4. Præterea. Nulla uirtus opponitur alteri uirtuti: sed magnanimitas opponitur humilitati. nam magnanimus se dignum reputat magnis, & alios contemnit, ut dicitur in 4. Ethic. * ergo magnanimitas non est uirtus.

¶ 5. Præterea. Cuiuslibet uirtutis proprietates sunt laudabiles: sed magnanimitas habet quasdam proprietates uituperabiles. Primo quidem, quia non est memor beneficiorum: secundum, quia est ociosus & tardus: tertio, quia utitur ironia ad multos: quarto, quia non potest alijs conuicere: quinto, quia magis possidet infructuosam, quam fructuosam. ergo magnanimitas non est uirtus.

Sed contra est, quod in laudem quorundam dicitur 2. Macha. 14. Nicanor audiens uirtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, quam pro patrie certaminibus habebat &c. laudabilia autem sunt solum uirtutum opera. ergo magnanimitas, ad quam pertinet magnam animam habere, est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod ad rationem uirtutis humanæ pertinet, ut in rebus humanis bonum rationis seruetur, quod est proprium hominis bonum. In-

bitus: sed non sunt connexæ secundum actus, ut hic dicitur, propter quamcunque dispositionem propinquam ad actum, ergo nec dicuntur connexæ secundum habitus propter quamcunque dispositionem ad habitum.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod responso literæ optime sibi, & ueritati consonat, & quod illa propositio est falsa, Propinqua dispositio ad habitum non est, nisi mediante actu generatio illius habitus. Habentur siquidem habitus secundariorum uirtutum, puta, magnificentiae, magnanimitatis, & huiusmodi, in propinqua dispositione ex hoc ipso, quod habentur uirtutes principales, quæ Cardinales uocantur. Illa quoque propositio adiuncta, Prius est dispositio ad actum, quam ad habitum uirtutis, distinguenda est: quia de actu uirtutis contingit loqui dupliciter. Primo, ut est actus uirtutis, ut sit a uirtuoso: & sic falsa est: quoniam prius oportet habere uirtutem, quam actum uirtutis, eo modo, quo a uirtuosis actus exercetur

Lib. 4. ca. 3. circa principium.

Li. 4. cap. 3. non multum ante finem.

Li. 4. cap. 3. a medio.

¶ Super Quaestiones centesimas vigesimas nona Articulum 3.

In articulo eiusdem 129. q. in responsione ad secundum, dubium ex Martino in dicto tractatu. q. 2. occurrit. Vbi contra hanc responsionem arguit, quod non satis consonat sibi ipsi. Propinqua, inquit, dispositio ad habitum non est nisi mediante actu generatio illius habitus, ita quod est prius dispositio ad actum, quam ad habitum. ergo uirtutes magis sunt connexæ secundum actus, quam secundum habitus.